



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Examen Confessariorum Repetitum

Schoonaerts, Gregor

Coloniæ Agrippinæ

VD18 14542323-001

§. 4. Circa quartum præceptum sex.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41226

2. *De opere servili*, vel alio prohibito in festis per tempus notabile, an ipse id egerit, vel aliis fuerit causa, & quot, ut ipsi agerent. 3. *De jejunio* in Quadragesima, Vigiliis &c. Confessione annua, Communionem Paschali. 4. *De communicatione* cum excommunicato non tolerato, vel an ipse excommunicatus non participarit in Divinis.

§. 4. *Circa quartum Præceptum sex.*

1. **D**E dilectione proximi generali, & de signis communibus erga inimicos, remissione injuriæ, & pace petita. 2. *De beneficentia corporali*, ut eleemosyna in necessitate extrema, vel gravi, & de superfluis ratione statûs. 3. *De beneficentia spirituali*, ut correptione fraterna, de peccato mortali, quando est spes emendationis, opportunitas personæ, & temporis. 4. *De obligatione filiorum* erga parentes. *Primò* in dilectione etiam externa, subventionem in necessitate, impletione testamenti, & legatorum. *Secundò*, in reverentia, an maledixerint, percusserint, optârint mortem. *Tertiò*, in obedientia in rebus pertinentibus ad gubernationem domûs, ad bonos mores, statum matrimonii &c. suscipiendum, & salutem animæ. 5. *De obligatione parentum* erga filios, tum in cura, ut sciant res necessarias, tum quoad mores, permittendo eos malè vivere, vel præbendo malum exemplum. 6. *De obligatione viri respectu uxoris*, ut scilicet non afficiat injuriâ, non

percutiat, non neget debitum &c. & contra uxoris respectu viri in obedientia in spectantibus ad mores & gubernationem familiæ, in red- ditione debiti modo dicto, & cura, ne suâ mo- rositare & rixis blasphemare, vel maledicere faciat maritum.

§. 5. *Circa quintum Præceptum quinque.*

1. SI optavit sibi, aut aliis mortem, vulnera, in- famiam, grave malum, vel gavisus est de morte patris, fratris &c. ob hæreditatem, vel ex invidia, odio &c. Si morosè delectatus sit de vindicta, vel doluit de aliorum prosperitate. 2. Si protulit minas, contumelias ex ira, vel convicia. 3. Si occidit injustè, mutilavit &c. an mater &c. non fuit causa abortûs. 4. Si ad aliquod supradictorum cooperatus est, novem illis modis, de quibus in versibus:

Jussio, Consilium, Consensus &c.

5. Si fuit aliquo scandalo causa mortis spiritua- lis, inducendo ad peccatum, vel publicè pec- cando &c.

§. 6. *Circa sextum Præceptum sex.*

1. SI habuit turpes cogitationes cum consensu in delectationem, vel in actum turpem, si verba inhonesta, aspectus, tactus libidinosi in- tercesserunt, & cum quo, vel cum qua. 2. Si cognovit fœminam, an soluta, virgo, conjuga- ta, consanguinea, affinis, sacra, si in vase natu- rali, si extra vas &c. 3. Si contra naturam per- mol-